

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Trésor et entière histoire de la triomphante victoire du corps de Dieu sur l'esprit malin](#)[Collection 1578 - Trésor et entière histoire de la triomphante victoire du corps de Dieu sur l'esprit malin - Nicolas Chesneau](#)[Item 1578 - Nicolas Chesneau - Trésor et entière histoire de la triomphante victoire du corps de Dieu sur l'esprit malin - BM Amiens](#)

1578 - Nicolas Chesneau - Trésor et entière histoire de la triomphante victoire du corps de Dieu sur l'esprit malin - BM Amiens

Auteurs : Boulaese, Jean

Description matérielle de l'exemplaire

Format 4°

Type de reliure Le catalogue indique : "Rel. ancienne, parchemin".

Pages de l'exemplaire

En passant la souris sur une vignette, le titre de l'image apparaît.

31 Fichier(s)

Remarques

Remarques Le catalogue indique : "Relié avec : Histoire véritable de la guérison admirable advenue et faite à l'endroit d'une femme nommée Nicole Obry, femme de Loys Pierret marchand demeurant à Vrevin à l'attouchement de la vénérable relique du chef de S. Jean Baptiste en la grande église d'Amiens le dimanche dix-neufiesme jour de may 1577".

Généralités sur l'exemplaire

Référence ThRenThRen_1378

Titre long LE THRESOR // ET ENTIERE // HISTOIRE DE LA TRIOMPHAN- // TE VICTOIRE DV CORPS DE DIEV // sur l'esprit maling Beelzebub, obtenuë à Laon l'an mil // cinq cens soixante six, // AV SALVT DE TOVS : // A nostre Saint Pere le Pape GREGOIRE XIII. // Factum est regnum hujus mundi DOMINI nostri, & CHRISTI // eius, & regnabunt in secula seculorum. Amen. // Apoc. cap. II.d.15. // Recueillie des oeuvres & Actes publics cy apres specifiez, & de mot à mot entie- // rement couchez, & par ce Notoire, par les Heretiques impugnee, & publiquement averée par la Veüe, l'Oyë, & le Toucher de plus de cēt cinquante mil // personnes, & selon la FOY, & selon le FAICT de double lettre patente, & // de double seel public

authêtiquee [sic], comme vray Instrument de Foy publique, // auquel on croira en tout Iugement. Ainsi presentee au Pape, au Roy, au // Chancelier de France, & au premier President, & selon le vouloir d'iceux // faicte imprimer, // Par Iehan Boulæse Prebstre, professeur des Saintes lettres Hebraï- // ques, Pauvre perpetuel du College de Mont-agu. // A PARIS, // Chez Nicolas Chesneau, rue saint Iacques, au // Chesne verd. // [-] // M. D. LXXVIII. // Auec les lettres de noz Saints Peres les Papes PIE V. // Et GREGOIRE XIII. à present seant. // Et le Priuilege // Des Roys de France CHARLES IX. // Et HENRY III. à present regnant.

Imprimeur(s)-libraire(s)Chesneau, Nicolas

Date1578

Identification de l'exemplaire

Lieu de conservation et coteAmiens (Fr), Bibliothèque Louis-Aragon, Patrimoine M 1547

Lien vers la notice du catalogue de l'institution de conservation[Bibliothèques d'Amiens-Métropole](#)

Sources de la numérisationPhotographies de travail, Anne Réach-Ngô

Type de numérisationNumérisation partielle

Autres exemplaires localisés

- Aix-en-Provence (Fr), Les Méjanès, Vovelle Patrimoine Fonds ancien, [In 8 04133](#)
- Amsterdam (NL), Universiteitsbibliotheek, Allard Pierson Depot OTM: [O 66-213 \(1\)](#)
- Douai (Fr), Bibliothèque Marceline Desbordes Valmore, Réserve Patrimoniale [I-16-1578-1-2 Rés C 347](#). Voir [la notice ThRen](#) de l'exemplaire.
- London (UK), British Library, General Reference Collection DRT Digital Store [1123.f.44.\(1\)](#). Voir [la notice ThRen](#) de l'exemplaire.
- Lyon (Fr), Part-Dieu, Réserve, [Rés 341536](#). Voir [la notice ThRen](#) de l'exemplaire.
- Lyon (Fr), Part-Dieu, Silo ancien, [SJ A 335/10](#). Voir [la notice ThRen](#) de l'exemplaire.
- Paris (Fr), BnF Arsenal-magasin, [4-S-401 et 4-S-402](#)
- Paris (Fr), Bibliothèque nationale de France, [LK7-3416](#)
- Paris (Fr), BnF Arsenal-magasin, [4-S-400](#). Voir [la notice ThRen](#) de l'exemplaire.
- Paris (Fr), Bibliothèque d'Art Contemporain, [Fonds Masson 0098 et Fonds Lesoufiché LES 0111](#)
- Paris (Fr), Bibliothèque Sainte-Geneviève, Magasin Réserve [4 R 939 INV 1148 RES \(P.1\)](#). Voir [la notice ThRen](#) de l'exemplaire.

Marques d'appropriation

Présence d'annotations manuscritesL'exemplaire ne comprend pas d'annotations manuscrites.

Pages significatives numériséesL'estampe placée en regard de la page 8 du texte est reliée au livre.

Indications sur la notice

Contributeur

- Réach-Ngô, Anne
- Vervent-Giraud, Sylvie (révision)

Droits

- Image(s) : Clichés Bibliothèques d'Amiens-Métropole
- Notice : Anne Réach-Ngô (UHA, IUF) ; EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)

Notice créée par [Anne Réach-Ngô](#) Notice créée le 30/01/2017 Dernière modification le 08/09/2024

LE THRESOR
ET ENTIERE
HISTOIRE DE LA TRIOMPHAN-
TE VICTOIRE DV CORPS DE DIEV
sur l'esprit maling Beelzebub, obtenuë à Laon l'an mil
cinq cens soixante six,

AV SALVT DE TOVS:

A nostre Sainct Pere le Pape GREGOIRE XIII.

*Factum est regnum huius mundi DOMINI nostri & CHRISTI
eius, & regnabunt in secula seculorum. Amen.
Apoc. cap. ii. d. 13.
Maison*

Recueillie des ceures & Actes publics cy apres specifiz, & de mot à mot entie-
rement couchez, & par ce Notoire, par les Heretiques impugnee, & publi-
quemët aueree par la Veüe, l'Oyë, & le Toucher de plus de cët cinquante mil
personnes, & selon la Foy, & selon le FAICT de double lettre patente, &
de double sceel public authentiquee, comme vray Instrument de Foy publique,
auquel on croira en tout Jugement. Ainsi presentee au Pape, au Roy, au
Chancelier de France, & au premier President, & selon le vouloir d'iceux
faicte imprimer,

*Par Jehan Boulafe Prebstre, professeur des Sainctes lettres Hebraï-
ques, Pauvre perpetuel du College de Mont-agn,*

sine Messis fames

A PARIS,

Chez Nicolas Chesneau, rue sainct Iacques, au
Chefne verd.

M. D. LXXVIII.

*Avec les lettres de noz Sainctes Peres les Papes PIE V.
Et GREGOIRE XIII. à present seant.*

Et le Priuilege
Des Roys de France CHARLES IX.
Et HENRY III. à present regnant.

D. N. D. PII. PAPÆ V.



D. N. D. GREGORII
PAPÆ XIII.



PIVS PP. V.
 VENERABILI FRATRI FABIO
 EPISCOPO CAIACENSI, APVD CHA-
 ROLLVM in CHRISTO Filium nostrum CA-
 ROLVM Francorum Regem Christianissimum,
 nostro & Apostolicæ sedis Nuntio.

BIBLIOT.
 CAMIENSIS

Venerabilis Frater, Salutem & Apostolicam Be-
 nedictionem. Dilectus filius Ioannes Boulesius
 Presbyter, qui has nostras tibi reddet litteras, fla-
 grans studio Diuini honoris amplificandi, ac etiã
 deuotione erga nos & Sanctam Romanam Ec-
 clesiam superioribus mensibus ad nos venit, A-
 Etãque quodam ingenti volumine comprehensa
 insignis miraculi in Ciuitate & diocesi Laudunensi Episcopo ipso exi-
 mia pietate administrante in Persona cuiusdam mulieris oppidi Vreni-
 ni ad Hæreticorum prauitatem confundendam, & cæcorum corda il-
 luminanda, nuper facti, attulit. Quæ quidem nonnullis viris integri-
 tate, religione, experientia, & doctrina præditis, & nobis probatis, di-
 ligenter videnda, ac mature examinanda dedimus: quorum relatione
 nobis facta, DEO omnipotenti gratias egimus, qui calamitoso hoc no-
 stro sæculo, ad diuinæ suæ Maiestatis gloriam, piorum adificationem,
 & errantium reuersionem, pro sua Ineffabili misericordia in ista Pro-
 uincia, tantis hæresibus modo exagitata mirabilium suorum signa, ope-
 rari dignatus est. Quare cum admirandum hoc & nunquam satis cele-
 bratum sacrosanctæ EucharistiaE miraculum coram In-
 numerabili hominum multitudine factum fuisse referatur, ita id ad
 omnium populorum cognitionem, vt perducatur, magnopere studon-
 dum est: Ideoque Extracta rerum omnium præcipuarum & insi-
 † ij

Le thesor de la victoire

gniorum, quæ ad illius manifestationem pertinere videntur, ad te per eundem Ioannem mittimus, volumusque, ut is cum Episcopo Laudunensi, & Nicolao Espinco Cunonico, qui rei geste interfuisse dicuntur, accuratè communicatis, si ipsi ea, ita ut narrantur, Acta esse confirmauerint, mox cum Christianissimo Rege nomine nostro agas atque efficias, ut in eius Regno miraculum ipsum ad Dei laudem, Majestatis suæ Christianissimæ fauore imprimi, & in lucem omnium prodire possit. Quod, ut fidelius & exactius fiat, eundem Ioannem imprimendi curam habere opereprecium fore existimamus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris: Die octaua Octobris M.D.LXXI. Pontificatus nostri Anno sexto.

CÆ. GLORIERIVS.



GREGORIUS P^A. XIII.

Venerabili fratri Episcopo Sancti Papuli apud Charissimum in Christo filium nostrum Carolum Francorum Regem Christianissimum, nostro & sedis Apostolicæ Nuntio.




Venerabilis frater, Salutem & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Boulaſe presbiter, Quod alias cum ipse diuini honoris amplificandi studio flagrans, ac deuotione, quam erga sedem Apostolicam et Romanam Ecclesiam gerebat ductus, superioribus mensibus ad se: re: Pium P^A. V. prædecessorē nostrum se contulisset, & Acta insignis miraculi in Ciuitate & Diocesi Laudunensi illius tunc existente eximie pietatis viro Episcopo præſente in persona cuiusdam mulieris diuina bonitate facti magno volumine comprehensa, eidem prædecessori examinanda obtulisset, prædecessor prædictus illa nonnullis viris integritate, religione, experientia, & doctrina præditis, ac per ipsum prædecessorem probatis, diligenter considerata tradidit: Licetque post modum illorum relatione per eum cognita post gratiarū actiones DEO Optimo Maximo redditas, Venerabili fratri Episcopo Caiacensi eiusdem prædecessoris, & sedis Apostolicæ in partibus istis Nuntio, dederit in mandatis, Vt sicut Miraculum illud coram innumerabili hominum multitudine factum fuisse referebatur: Ita ad omnium Christiſidelium notitiam deduci satagens, omnibus ijs, quæ ad illius manifestationē pertinebant, cum eodem Episcopo Laudunēsi, & dilecto filio Nicolao Espineo dictæ Ecclesie Laudunensis Canonico, quorum vterque illi interfuit, communicatis, si ipsi rem ita fuisse confirmassent, cum Charissimo in Christo filio nostro Carolo Francorum Rege Christianissimo ageret atq; efficeret Vt in eius Regno Miraculum ipsum ad DEI Laudem, ipsius Caroli Iussu & favore imprimi, ac in lucem prodire omnino passet, ac alias prout

Le thesor de la victoire

in eiusdem prædecessoris litteris desuper in forma Breuis confectis plenius continetur. Cum tamen, sicut eadem expositio subiungebat, dicti prædecessoris superueniente obitu, litteræ prædictæ executioni debitæ demandari nequiverint, idem Ioannes ne propterea desiderij sui frustretur effectu, nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos dicti prædecessoris vestigijs inheredo, et enixè cupientes, ut ea quæ DEVS ipse ad piorum ædificationem & errantium reuersionem operari dignatus est, omnibus Innotescant, certamque de præmissis notitiam non habentes, fraternitati tuæ per præsentem committimus & mandamus, quatenus post præsentium receptionem, accitis tamen, & in hoc tibi assistentibus tribus in sacra Theologia magistris, seu professoribus in vniuersitate Parisiensi si promotis ad dictarum literarum exequutionem in omnibus & per omnia procedas, perinde ac si illæ tibi specialiter & expresse directæ fuissent. Non obstantibus præmissis, nec non omnibus illis, quæ in dictis litteris expressum est non obstant, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, Die VI. Martij M.D.LXXIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

CAE. GLORIERIVS.

Attestatio Dominorum Doctorum Sorbonæ non impediendum quominus Manuale VICTORIAE CORPORIS DOMINI Extractum voluntate & iussu felicitis recordationis PII papæ quinti, & tota Historia authentica, imprimatur.

GO subsignatus Maior Bidellus sacratissima facultatis Theologiae Parisiensis certifico Magistrum Iohannem Boulæse, presbyterum, professorem literarum Hebraicarum pauperem Collegij Montis-acutij, obtulisse tertio Die Augustij, Anni Domini millesimi quingentesimi septuagesimi tertij, Magistris nostris Dominis Adamo Sequart Decano, Ioannj Peletier, Simonj Vigor, Iacobo Fa-

du corps de Dieu sur Beelzebub.

Fabro Syndico, & Ioanni Preuost, Deputatis prædictæ facultatis, binas literas Apostolicas in forma Breuis confectas: Vnas quidem, D. PII quinti: Alteras verò, D. GREGORII XIII. summorum Pontificum: Et vnum quinque librorum volumen continens totam Historiam Miraculi facti Lauduni, authenticum cum duabus patentibus literis & sigillis: Et vnum librum inscriptum: Manuale VICTORIAE CORPORIS DOMINI contra Beelzebub habitæ Lauduni anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, in Persona cuiusdam Mulieris oppidi Vreuini, Extractum vt Summarium, voluntate prædicti D. Papæ PII V. ex prædicta tota Historia. Prædictum Boulaese dicentem semissum à Venerabili D. Episcopo S. Papuli Nuncio summi Pontificis, vt etiam prædictus D. Vigor sciebat, pro executione literarum Apostolicarum in quibus scriptum est: Accitis tamen, & in hoc tibi assistentibus tribus in sacra Theologia magistris seu professoribus in Vniuersitate Parisiensi promotis: Et proinde hæc omnia pro prædicto D. Nuncij mandato, offerre prædictis Dominis Deputatis: sed nominatim prædictum Manuale extractum in Summarium totius Historiæ. Cui Boulaese, dixit prædictus D. Syndicus postquam prædictæ literæ Apostolicæ fuerunt lectæ, videntibus & audientibus cæteris: Fuit ne quid additum huic libro ab eo tempore quo illum cum tota Historia vistarunt, & de eo retulerunt prædictæ facultati Magistri nostri Chrestien, Paris, & Masson, quod non sit in tota prædicta Historia? Cui, Boulaese respondit: Non Domine. Tum dixit D. Syndicus. Quando approbarunt illi totam Historiam, approbauerunt eam etiam in parte. Vnde nec impediunt quominus prædictum Manuale & tota Historia authentica, imprimatur. In cuius veritatis testimonium his subscripsi de Mandato præfati D. mei Syndici, Cui etiam iterum prædicta obtulit omnia prædictus Boulaese die decimo quinto Iulij Anni Domini millesimi quingentesimi septuagesimi quinti.

LE GOVX.

Literæ autem D. Officialis Parisiensis pro Approbatione FIDEI,
sunt pagina 772.

Literæ verò D. Episcopi Laudunensis, in cuius manibus DEVS hoc
effecit Miraculum, pro Approbatione FACTI, sunt pagi-
na 773.

Et eius confirmatio secundum Breue fe:re: P I I Papæ quinti,
pag. 730. linea 4. & pag. 774. 786.

Item confirmatio ab Espineo facta secundum prædictum Breue fe:re:
P I I Papæ quinti, est pag. 730. linea 12. & pag. 774. 786.


Priuegium Christianissimi Regis nostri CAROLI huius nominis
noni. pag. 777.

Priuegium Christianissimi Regis nostri Henrici huius nominis tertij
pag. 781.

Item literæ D. Officialis Parisiensis pro Approbatione FIDEI &
FACTI, & omnium operum, & literarum patentium, &
actuum, quæ continentur in his de VICTORIA CORPO-
RIS DOMINI contra Beelzebub habita Lauduni 1566. li-
bris, pagina 784.

Quæ omnia breuiter, vt & reliqua, sigillatim suo patent ordine post
Epistolam gallicam.

BEATIS-



BEATISSIMO DOMINO NOSTRO,
Domino GREGORIO huius nominis decimotertio, Pon-
tificij optimo maximo Iohannes Boulaese presbyter Laumdunē-
sis, Hebraicarum literarum professor, perpetuus Collegij Mon-
tis-acutij Parisiensis pauper, perpetuam foelicitatem.



T DEVS Optimus maximus, cuius tu es
summus vicarius, Beatissime Pater, cogno-
scatur intellectu, ametur affectu, & imitetur
sensu omnium & singulorum hominum:
eiusque fiat voluntas sicut in caelo ab omni-
bus Angelis & Sanctis, & in terra ab omni-
bus hominibus: Et ut septem vnus solius
Ecclesiae DEI, cui praes, Sacramenta, &
proinde omnia quae sunt in Ecclesia, Catholica, Apostolica, Ro-
mana, per viuificum CORPVS DOMINI à sacerdote in missa
consecratum: visu, auditu, & tactu, confirmata videantur, co-
gnoscantur & affirmentur ab omnibus: Vnde & omnis expella-
tur haeresis, & eius effectus, tumultus bellicus: Redeatque deuo-
ta pietas, bona conscientia, & festa pax: & inde tuae Sanctitati
debita reddatur obediētia per vniuersum orbē, in omnē & homi-
nū salutē, & honorē & gloriā Dei: vt inquam haec omnia fiāt, iam
anno Domini millesimo quingētissimo septuagesimo quinto, quā
humillim opotuius animo, Tuā Sāctitati, per venerabilē Domi-
nū Episcopū Sancti Papuli apud Christianissimum Regē nostrum
HENRICVM tertium, vestrum & Apostolicæ sedis nuntium,
obtulimus Enchiridion, siue Manuale, vt nunc offerimus exoptatum ab omnibus pijs Thesaurum, & Historiam integram eiusdem triumphantis admirandæque VICTORIAE CORPORA-
RIS DOMINI in Beelzebub post Luciferum dæmoniorum principem, habitæ Laumdunj, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto. Vtrumque sanè & ex Fide & ex Facto authenticum, & in tres partes diuisum pro ratione loci, quas hāc pro ratione temporis, quasi per singulos dies subdividimus secundum authorum nomina, quorum integra dantur scripta na-

Le thesor de la victoire

turali ordine secundum locum, tempus, personas, & modum disposita in faciliore DOMINICAE VICTORIAE demonstrationem & memoriam. Quo sanè bono nullum maius, honestius, iucundius, vtilius & magis necessariū cognoscimus: quum omnis hīc tumultus bellicus oriatur à falsa religione, quā per hoc miraculum euanescente, euanescet & eius effectus prædictus tumultus bellicus, Victrix clarissimè relinquetur Religio Catholica, Apostolica, Romana: & inde salus hominum & Regnum DEI. Vnde non mirum est, si callidissimus crudelissimisque hostis DEI & Homīnum Beelzebub iste tantam nobis vndique difficultatem iniecerit iniiciatque, vt ante hunc annum Domini millesimum quingentesimum septuagesimum octauum iam à parta per CHRISTVM VICTORIA duodecimum, non potuerimus efficere, vt integra prodiret hæc historia, ad omnium populorum cognitionem (vt Apostolicis vtar verbis) summo studio perducenda: idque necessario, quum hominum complures hodie reuera nesciant, quis & vbi sit verus DEI cultus, quæve sit vera Religio, à qua tamen eorum salus dependet. Vt autem facilius quīuis propriæ salutis studiosus cognoscat quantum, quale, & in quem finem, DEVS Optimus Maximus his nostris tam calamitosi temporibus tam admirandum hoc effecerit Miraculum, paucissimis certè verbis paucos è multis admirandos istius Beelzebub authoris mortis effectus à pluribus quàm centum quinquaginta millibus hominum, auditu, visu, & tactu comprobatos, dicemus. Idque primū in Genere, tū sigillatim. In Genere itaque.

Ante oblationem.

Beelzebub per quadriennium ferè persequutus est mulierculam, Nicoleam nomine, quam & deiecit in aquam, in ignem, & in cellam vinariam. Cui apparuit internè & externè solus & concomitatus. Externè quidem, vt defunctus coopertus linteo albo, tū toto corpore, tū aperta facie maternum auum sine confessione mortuum referente: Et vt horrendus Æthiops. Internè verò, solus quidem vel vt homo referens auum viuentem, vel vt execrandus Æthiops primò & postremò, à quo onerabatur ipsa & ferè strangulabatur. Concomitatus verò ab alijs, qui apparebant, velut faces igneæ graue-olentes sulfur: velut bestię crudelissimæ incognitæ, vt cati æquè magni ac arietes maximi, micantibus oculis iracundi, & dentibus mordere, & vnguibus eam dilacerare conantes: vel vt horreni Æthiopes, sed potissimum quatuor, quorum vnus aureos offerebat: aliquando verò, idque sæpius, acutissimos enses & pugiones in eam & eius oculos

vibrantes, vnde pauore subsiliens ipsa manus oculis admouebat. Præter hæc, Beelzebub ter, vt minimum, conatus est eam occidere: & ter eam exportauit: & eius consensum petiit, vt haberet potestatem in eius animam, sicut & in corpus, quam inde exportaret non videndam amplius. Hæc sanè quàm breuissimè in genere sint dicta. Nunc in specie, vt & auditu, & visu, & tactu comprobatum est.

Auditum quidem. Nam Beelzebub mulierculæ maternum, vt dictum est, agens auum sine confessione mortuum, loquens in aperto mulierculæ ore, dicebat se grauissimas luere pœnas in Purgatorio, quòd non exoluisset vota, quæ viuens vouerat. In quorum compensationem petiuit Missas dici, Peregrinationes fieri, & Eleemosinas dari: sed & peregrinationem ad Diuum Iacobum de Compostella hyberno tempore fieri. Vnde parentibus dubium subiit, & coniuratus multis coniurationibus respondit se Esse à DEO, Se missum à DEO, Esse auum, cuius vt suam retulit vitam, Esse animam, & bonum Angelum aui. Qua sanè responsionis inconstantia Mendacio conuictus, & crudelissimo in Nicoleam obsessam effectu cognitus diabolus, vi maiestatis diuinæ à sacerdote coactus, respondit tandem se Beelzebub esse, & in suum auxilium omnes alios diabolos appellauit, cum quorum primarijs effecit trigessimum: Ingressusque sui causam dixit. Vreuni quidem, propterea quod sibi mater & maritus eam dedissent, sed præsertim quòd etiam ipsa sibi dedisset cōsensum CREDENS eum auum esse, & ei obediens peccatorum enumerationem auriculari confessione sacerdoti fecisset: vnde vt magnus Diabolus eam in suam accepisset. Laumduni verò, vt horum immemor quòd ipsa beneficium absolutionis consecuta fuisset, mutauit sententiam: & vt iam antea ore aperto, linguâ exertâ, immotisque labris loquens, dixit: se ingressum fuisse, Iussu DEI, propter peccata populi: vt demonstraret se Diabolum esse, quòd hominum multi hodiè non credant esse diabolos in iudicium DEI: pro conuertendis aut confirmandis hæreticis: Et (quod omnium maximè notandum est) VT OMNES HOMINES SINT VNVM. Varijs linguis loquebatur. Singulorù occulta vitia publicè accusabat: accusatorum voces referebat. Quid alibi fieret, reuelabat. Argutus mendacij, dicebat: Non essem diabolus aliter: sum pater mendacij: mendacium est meum: mihi proprium: de meo: Veritas non est à me, nec mea: eam tamen emendico: coactus à DEO, & ab eius sacerdote veritatem dico: exultabat in pessimis. Vna vox triformis vt mugietis tauri, latrantis canis, & gronnientis porci au-

Cognita
Auditu.

ã ij

Le thesor de la victoire

dita est: qua intelligebatur: Tauro quidem, Beelzebub: Cane verò, Cerberus crasso capite: & Porco, Astaroth. **C O R P V S** verò **D O M I N I** appellabat, & suos Hugnotos appellandum docuerat, **I O H A N N E M** album: Verùm se coactum fateri inesse **H O C**: reliqua verò sacro-sanctæ consecrationis verba non proferens. Hæc sanè intelligebantur omnium auditu.

Visu. Visu verò. Apparuit enim, Vreuni quidem, vt *Æthiops*, vt muscæ vermifera. Laumduni verò, vt scarabeus, & dixit se multis alijs modis apparuisse, vt in forma cati albi, muscæ, serui à pedibus, & pauperis eleemosinam petentis. Sed & Laumduni super tabulatū obfessæ fœminulæ sexdecim annos natæ totum corpus erat in cōtinuo motu conuertens caput in omnes partes: & ore mirum in modum aperto, linguâ horrendè versicolori productiùsque exertâ conuolutaque in conum vt cornu papyraceum, & feriente vel gutturis nodum sub mento, vel auricularum alteram, immotis labris, & respondebat clarissima voce **D. Episcopo**, & in aquam benedictam spuitabat dicēs esse aquam salitam: Sed & ante **C O R P V S D O M I N I C V M** ab Episcopo eleuatū, eleuabatur in aërem ad sex pedes, ali quādo quindecim viris fortissimis, licet toto conatu renitentibus, tamen tubinde eleuatis, ibique vi maxima tenebatur, ipsa aliquando facta crassa vt cadus halecinus, ore aperto, lingua exerta, lata facie guttatimque conspersa versicoloribus maculis vt pellium serpentum omnis generis, & cristæ galli gallinacci Indici, oculis versicoloribus crassis vt tauri, micantibus flammeisue vt cati iracundi, horrendo quouis diabolo sine cornibus depicto horribilior, terribiliter mugiebat, rugiebat, auertēisque faciem ab **E V C H A R I S T I A**, tam rabido & truci aspectu conspiciebat populum, vt incuteret aspicientibus pauorē, & tandem in auersum conuersa in orbem conspiciebat & populum & Ecclesiæ fornice, donec expirio cognosceretur egressus Bezebub. Hæc visu comprobabantur ab omnibus.

Tactu. Tactu autem. Nam tā fortis & grauis erat sexdecim annorū muliercula, vt quindecim viri fortissimi vix possēt præualere in ea. cōtinēda. Quæ egresso Beelzebub relinquebatur plusquam mortua, tam dura & rigida, & vt sine iunctura, vt quiuis vna manu tanquā statuam ligneam aut lapideam erexisset eam in parietem. Et tum citius fregisses, quàm mouisses aut extremum nasi vel auricularum: aut contractis omnibus membris, digitum, aut manum aut brachium aut pedem in proprium reposuisses locum. Sed & tūc erat, vt diximus, plusquam mortua sine imaginatione sensu & motu. Quòd sanè quàm strictissimis ligaturis ad iuncturas, frictionibus

cum linteo crasso calido, toto Chireurgi viri fortissimi conatu perquam acerrimis (vnde videntes perhorrescebant) instrumentis ferreis, aciculis, amarissimis medicamentis, & omni Medicorum arte corā Dignitatibus Ecclesiæ, Magistratibus Iustitiæ, & Primariis quibusque ciuibus nō semel quam certissimo tactu ipso comprobatum est. Beelzebub itaque mulierculam coram CORPORE DOMINI semper reddidit turpiter horribilem aspectu, auditu terribilem, & incredibiliter duram & rigidam tactu: & ad tempus egrediens, relinquebat mutam, cæcam, surdam & obrigescentē tanquam statuam ligneam. Omnem certè conatum suum in eam demōstravit. Et omnem medicorum artem vicit morbus, & morbum, CORPVS DOMINI, omnia diaboli dissoluens opera, eiusque caput & venenum, & omne dominium conterens. Hæc inter alia permulta tactu, visu, & auditu non semel comprobata sunt.

1. Opifex itaque huius miraculi, siue VICTOR, est CORPVS DOMINI à sacerdote in Missa consecratum, qui finis est ad quem tendunt & referuntur ea omnia quæ sunt in sacro-sancta Ecclesia DEI Catholica, Apostolica, Romana.

Efficiens.
Victor.

2. Eius minister, est Dominus meus, Dominus Ioannes de Bours Episcopus Dux Laumdunensis, Par Franciæ, Anisiacique Comes, & pietate & doctrina & omnibus modis nobilissimus adhuc in viuis, qui & Senatui Parisiensi totius Galliæ primo de hoc admirando DEI facto retulit.

Minister.

3. Victus, est Beelzebub, à Lucifero, vt sæpissimè dixit dæmoniorum princeps.

Victus.

4. Liberata muliercula, Nicolea Obria, tūm annos tantūm nata sexdecim vt plurimum, Catholica, etiamnum hoc anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octauo, qui duodecimus est à parta per CHRISTVM VICTORIA, viuens cum Marito suo, mater cōplurium filiorum abe iecto Beelzebub susceptorum. De cuius ore Christianissimus Rex noster CAROLVS nonus, & HENRICVS tertius, Regina mater & concomitatus regius rei veritatem audierunt.

Liberata.

5. Testes oculati, sunt plusquam centum quinquaginta millia hominum, & inter eos grauissimi viri publicæ fidei, vt Dignitatis Ecclesiæ, Magistratus Iustitiæ, Medici, Chireurgus, Actuarius, & primarij quique ciues, palam & publicè factum istud videntes, audientes, & tangentes.

Testes.

6. Hostes infensissimi, Hæretici Hugnoti fortissimi callidissimique nullum non mouentes lapidem vt supprimeretur hoc miraculum in Gallia, nunc ab illismet hæreticis CHRISTVM IN EV-

Hostes.

Le thesor de la victoire

CHARISTIA impiè negantibus, afflicta miserrimè.

Locus. 7. In terra & dominio Principis Hugnotorù, qui fidele trium hominum audiuit testimonium: scilicet matris liberatæ, viri Ecclesiastici, & ipsiusmet liberatæ, quos, in sua habebat potestate: idque concomitatus à plusquam ducentis quinquaginta viris primaria classis Hugnoticæ.

Tempus. 8. Anno autem Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, die Veneris, hora tertia pomeridiana, Vbi notantur sextus annorum mundi millenarius.

(In Tabula nostra Chronographica ex Collatione temporù Hebræorum, Itatorum, Chaldæorum, siue quatuor Monarchiarum, & Ægyptiorum per annos Olympiadum, & ab vrbe condita septem probationis modis demonstrauius ab Adamo ad Christum natum colligi annos tria millia nōgentos sexaginta minus tribus mensibus 3960. CHRISTVS autem vitam temporalem compleuit anno trigesimo tertio vitæ suæ, quo & resurrexit, & in cœlos ascendit, & paraclenum misit, idque septem annis ante completum quartum annorum mundi millenarium: vnde eum ab eius Natiuitate & passione hîc annus sit millesimus quingentesimus septuagesimus octauus: certissimum est nos esse in sexto annorù mundi millenario (sexto creationis diei respondente) cuius & Meridiem, id est quingentos annos, iam sumus supergressi: vnde quid fiat in Republica mundi sapientissimè attendendum est.) Notantur inquam, sextus annorù mundi millenarius, sextus centenarius, sextus dies, & tertia hora, vt qua Dominus noster IESVS CHRISTVS expirauit.

Finis. 9. In finem, vt Beelzebub princeps dæmoniorum, cognoscatur per digitum DEI eiectus: & inde aduenire Regnum DEI, in quo sint omnes homines VNVM, siue vnus veræ Religionis Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ Ecclesiæ. Cuius caput CHRISTVS triùphans in EVCHARISTIA à Sacerdote consecrata in Missa, coram innumerabili hominum multitudine, VICTOR omnia dissoluit opera diaboli. 1. Ioh. 3. b. 8.

Quàm bonū omnes hoc cognoscere. Quod sanè omnium interest scire: vt & eorum Affectus, Intellectus, & Sensus confirmentur. Affectus quidem, Spe & consolatione propriæ salutis: Sensus verò, Charitate in proximum: Intellectus autem Fide in sacrosanctam Ecclesiam Catholicam, in teipsum, beatissime Pater, & in DEVM ipsum. Est enim hoc DEI factum, omnis generis bonum, & facile, & iustum, & tutum, & vtile, & iucundum, & honestum, & necessarium.

Perfacile. Perfacile quidem: Nam tua sanctitate significante, superiores

dicent inferioribus: Episcopi singularum Ecclesiarum rectoribus,
& hi toti populo: idque linguis omnibus.

Iustum, quia Sanctitatis est tuæ, Domini DEI Creatoris nostri Iustum.
effectum & voluntatem omnibus significare in omnium & sin-
gularum salutem.

Tutum, quia omnium conscientia in quiete erit, cognoscens Tutum.
vbi verè sit Salus.

Vtile, quia Hæretici hac veritate, & propria conscientia victi, Vtile.
& propriæ salutis studiosi, deponent arma: vnde & pax aderit &
pietas.

Iucundum, nam obedientia tibi debita reddetur ab omnibus. Iucundum.

Honestum, nam quum amore plusquam paterno foueas Eccle- Honestum.
siam DEI, meritò sanè, charissimus Pater, ab omnibus laudaberis:
& quilibet totis viribus conabitur teipsum imitari cunctis be-
nefaciendo.

Necessarium, nam complures reuera nesciunt, quænam, & vbi necessarium
sit vera Religio & Salus. Quum autem omnes te authore hoc ip-
sum tam admirandum DEI factum rescuerint: factum inquam,
vt cognoscatur & visu, & auditu, & tactu, comprobatum tam præ-
sentem nobiscum Dominum nostrum IESVM CHRISTVM in
omnem Hostis nostri crudelissimi Eiectionem, & in Defensionem
nostram: tam præsentem inquam CHRISTVM in EYCHA-
RISTIA cognouerint: Catholici certè de peccatis pœnitentiam
agent: Hæretici verò, Iudæi, & Turchæ conuertentur ad DEVM.
Et inde omnes malum à se propellentes odio prosequuntur Dia-
bolum, quem sic VICTVM non metuent amplius, facileque cõ-
temnent omnia hæc inferiora: vnde nec de his amissis poterunt
affici tristitia, nec miseria ab ipso Diabolo. Contra verò, Bonum
sibi procurantes omnes homines, tanquam fratres sese diligent:
In Patrem VICTOREM sperabunt, cuius primùm quærent Re-
gnum, & adicientur eis omnia, & gaudebunt. Et sic tandem hîc,
& in cœlo cum Patre fœlices dulcissimè DEO vniuntur. Et sic ve-
ra cognoscetur Religio & Ecclesiæ DEI Reformatio. Cui Diabo-
lus pro more suo præcurrens vt alijs operibus DEI, suos oppo-
suit Reformatos: vt in principio legis Naturæ Deos opposuit
DEO, dicens primis parentibus: Eritis sicut Dij, scientes bonum &
malum: Vt in principio legis scriptæ, Magos opposuit ipsis Mosis
& Aharoni: vt in principio legis Gratiæ falsos Messias opposuit,
ipsi verò Messia CHRISTO: Et sic veræ Reformationi Ecclesiæ
suos opponit Reformatos. An non etiam continuus est confi-
ctus spiritus mali in bonum pro summa Gloria DEI? Verùm lapis

Hæretici
ad quid di-
cantur Re-
formati.

Le thesor de la victoire

CHRISTVS contra quadrimetallicâ confusionis Babylonicæ
statuâ, fiet mons magnus, & implebit vniuersam terram Dan. 2. c.
35. Quod regnum in æternum non dissipabitur, nec alteri populo
quàm Christiano dabitur. Cuius sanè Regni aduentum oratione
petendum docuit Dominus noster IESVS CHRISTVS, omnia
subiecturus DEO patri: Vt verè tandem videatur hoc ipsum quòd
Apoc. II. d. 15. scribitur: Factum est Regnum huius mundi Domi-
ni nostri & CHRISTI eius, & regnabunt in secula seculorum.
Amen. Velit itaque nolitque Victus Beelzebub, FIET VNVM
OVILE ET VNVS PASTOR: Iohan. 10. c. 16. ET OMNES
HOMINES VNVM ERUNT: Ioh. 17. c. 20. conuenientes in vna
vera Religione & Sanctificatione nominis DEI, vt conueniunt
in vna natura humana, in quam DEVS insufflauit spiraculum vi-
tæ: (aut potius vitæ vt habet Hebraïca veritas) quibus & tûc
reddet DEVS labium electum (Hebraïcum) vt inuocent omnes
nomen (siue in nomine) Domini, & seruiât ei humero vno, Soph.
3. b. 9. Sicut ab Adam ad cõfusionem linguarum post diluuium,
Erat terra labij vnus, & sermonum eorundem: Gen. 11. a. 1. In qua
& Adam primus cognoscens rerum ordinem & proprietatem im-
posuit nomina rebus. Quam & secundus Adam CHRISTVS om-
nia restaurans vnico generi humano pollicetur, vt dictû est, Soph.
3. b. 9. Et iubet examinandam vsque ad jota siue jod triangularem
decimam literam omnium literarum fontem, & vsque ad apices
Vocalium & Accentuû: Matth. 5. c. 18: Luc 16. d. 17. Qua certè tam
celebri cõmendatione, eius sanè discendæ & docendæ quâ arden-
tissimo flagrans studio: Cùm sit omnis pietatis, & doctrinæ om-
nium Diuinorum, Naturalium, & Moralium solus fons purissi-
mus, Vnicam trium Personarû Diuinarum Voluntatem & Actio-
nem in Rempublicam humanam quàm clarissimè pro singulorû
& omnium salute indicans: Eius inquam & discendæ & do-
cendæ, & singulorum salutis captus desiderio, DEI Optimi Ma-
ximi beneficio, fundamenta docemus in Iudæorum conuersio-
nem: & dedimus hoc Miraculum in manus Catholici D. Philip-
pi Regis Hispaniarum, à quo & nomine Reipublicæ in conuer-
sionem Maurorû siue Turcharum, qui sunt Chamitæ & Ismaëli-
tæ, petiuimus, & se daturum eidem Reipublicæ pollicitus est, tri-
ginta aureorum millia in complutensium Bibliorum Impressio-
nem cû Arabica versione. Vnde Biblia Hebraïcè, Chaldaïcè, Græ-
cè & Latinè, vt & nouum testamentum Syriacè iam impressa sũnt
apud Plantinum: Sed Arabicam versionem adhuc expectamus.
Diceris autem, Sanctissime Pater, hoc ipsum Romæ efficere, opus
verè Pon-

verè Pontificium, & te hominum primo dignum.

Scopus meus itaque finis & intentio, totus cogitatus, totus affectus, totus denique conatus meus est, vt, sub DEO Optimo Maximo, tu, Sanctissime Pater, es reuera Pastor totius Oculis Christiani: ita & cognoscaris, ameris, & summa reuerentia doneris. Scopus ip-
sius Boule-
se omniū
Saluti con-
sulere.

Cognoscatúrque sacrosanctus ordo Hierarchicus & Supercælestis & Ecclesiasticus, quo respondent ipsis Seraphim, Pontifex: ipsis Cherubim, Presbyter: ipsis Thronis, Diaconus: Dominationibus, Subdiaconus: Virtutibus, Acolythus: Potestatibus, Exorcista: Principatibus, Lector: Archangelis, Hostiarius: & Angelis, Plebs sancta.

In quem finè lætor sanè, sacerdotes illos qui nomine societatis IESV appellatur, multū iā per vniuersum ferè orbè effecisse. Sed mihi molestum est, quòd vnde duxerint originem & hoc effecerint, homines lateat. Nam reuera duxerunt suæ pietatis & doctrinæ originem in nostra huiusce Collegij Montis-acuti communitate pauperum, à bono patre nostro Standouk, siue Standone restaurata. Ex qua, eius & statutorū causantes austeritatem, ægré ferentésque, vt dicebant, fundatorum intentionem non seruari, egressi sunt vno die quatuordecim primariæ pietatis & doctrinæ viri, statuta & Bullam nostram secum deferentes, quæ in veram praxim deduceret. Certè miserrimū est substantiæ iacturam facere, & expectare subsistens accidens: aut velle finem consequi, absque tamen disposito medio & principio. Fundatorum intentio est, vt pietas reponatur: & destruitur medium & principium ad hunc finem: id est, Boni viri, & bonum temporale: Eiciuntur cōtra statuta & fundatorum intentionem omnibus modis retinendi probi doctique viri, qui & bonum temporale consequent, corpus alant, & animum erudiant in pietatem, doctrinam, & virtutem. ô Iudicium hominū! Egressi sunt itaque vno die quatuordecim. Et hinc Nomen societatis IESV triplici ratione acceperunt. Prima quidem, ab Ethimologia sacro-sancti nominis IESV, id est Saluatoris, qui finis est statutorum nostrorum vltimus, statim in eorundem statutorū prologo his verbis manifestè demonstratus: *Quatenus bonæ conscientie testimonio & probata per vitam literatura accincti fideles DEI AD SALVANDAS passim pereuntes animas DEO cooperatores fiant.* Altera verò, ab eodem illo sacro-sancto nomine IHS cum armis Passionis superposito atrio inferioris nostri Sacelli, vt etiam videtur in foribus interioribus domus. Tertia autem, quòd secundum statuta, Collegium sit imitationis CHRISTI. Nam vt clarissimis verbis in Bulla videtur, *primæ institutionis nume-*

Origo Sacerdotum
societatis
Nominis
IESV à Col-
legio Mō-
tis-acuti.

Le thesor de la victoire

rus pauperum erudiendorum ad SALVANDAS passim pereuntes animas, siue ad animarum lucrum, est in numero sanctorum Apostolorum, ac Discipulorum Domini sub benignissimo Salvatore, & sua Virgine matre, scilicet octoginta sex, ut minimum: cuiusque festum est, Diuisio Apostolorum. Horum autem quatuordecim pauperum à communitate deficientium & egredientium occasione, D. Natalis Beda secundus Primarius, & reliqui pauperes communitatis, & superiores scribentes experimento comperisse prædicta Statuta ob illorum nimiam austeritatem tam in victu & vigilia nocturna, quàm in variis corporalibus & spiritualibus occupationibus, in defolationem dicti Collegij ita cedere, vt hucusque nullus, qui ipsum viuendi modum inchoauerit, in ipso perseverare potuerit: obtinuerunt Breue pro immutandis nostris statutis quandoeunque ex trium Discretorum consilio expedierit, pro habendis vñs perpetuis, qui perpetuò huiusmodi pauperum congregationem seu collegium, ad DEI honorem manutinent. Licet etiam iam in Bulla haberetur. Sed res infecta remansit: quòd prædictus Beda curauerit cõcremandum Hæreticorum siue Lutheranorum primum: vnde tandem exul CHRISTI obiit in monte sancti Michaëlis.

Quicquid itaque Cognitionis DEI & obedientiæ tuæ Sanctitati in orbe nouo & alibi paratum est à Sacerdotibus societatis Nominis IHS reuera principiũ sumpsit inter pauperes tui pauperissimi Collegij Mõtis-acuti. Sed est quòd addam pro manifestanda summa prouidentia DEI. Vt ciuitas Laumdunensis est super montem posita: ita & hoc nostrum Collegium in monte sanctæ Genoues situm, dicitur Montis-acuti à fundatore D. Petro de Mõte-acuto Episcopo, Cardinali Laumdunensi, vt in authenticis statutis videtur, sicut & pro foribus Collegij cum tribus capitibus Leonum, vt etiam iacet in æde Diui Martini à Campis in Choro ante Mosem æreum. De cognomine itaque D. Episcopi Cardinalis Laumdunensis, vocatur Collegium pauperum Montis-acuti. Vnde egressi sunt primi illorum qui efficiunt societatem nominis IHS. Et nunc DEI Optimi Maximi beneficio in me pauperissimum presbyterum ciuem Laumdunensem, & vnum septem Perpetuorum pauperum eiusdem Collegij tuæ offertur sanctitati summum Miraculum VICTORIAE sacrosancti CORPORIS DOMINI nostri IESV CHRISTI in Beelzebub habitæ Laumduni per manus D. Episcopi Laumdunensis, ad SALVANDAS passim pereuntes animas. In quem finè profectò quantum DEVS Optimus Maximus mihi dederit gratiæ, conabor & ipse nostra Statuta tā san-

Et in veram praxim deduci: ad habendos veros pauperes, qui in omnibus lucrum animarum quærentes, hac vndecima mittantur hora in Messëm Domini.

Statutorum autem nostrorum in Religionis & Ecclesiæ DEI fauorem factorum hæc est summa.

Totum Collegium Montis-acuti est pauperum tantùm, sed potissimùm orphanorum legitimorum, qui scopum sibi proponant, **FACERE VOLUNTATEM DEI**, legem DEI interpretari, & omnibus modis Animas DEO lucrari: cum omnium thesaurorũ optimus, sit hominum tantùm. Quod vt fiat ordine, sint in Collegio Perpetui pauperes, vt minimùm septem Sacerdotes verè pij & docti, qui præ sint & Seminario pauperum; Duodecim discipulorum Theologiæ vt minimùm: & septuaginta duorum discipulorum Grammaticæ & Artium vt minimùm, & omnibus diuitibus. Qui omnes à minimo ad maximum in ingressu suo sigillatim habeant corpus Biblicum vulgatæ castigatæque editionis inter deuotionis libros sibi familiarissimos: studeântque & Hebraicæ linguæ & Euclidi, vt & Grammaticæ & Artibus.

Sûma statutorũ Collegij Montis-acuti Parisiensis.

Perpetui pauperes sint, vnus pater pauperum magister principalis, tres Discreti, vnus Director pietatis & doctrinæ, vnus Formator morum, vnus Oeconomus, & vnus Actuarius communitatis qui singula domus acta sollicitè in scriptis redigat.

Qui Perpetui scopum sibi proponant, Legem DEI interpretari, & **FACERE VOLUNTATEM DEI**, & proinde sanctè maturèque perpendentes, quæ, qualis, & quanta sit, inuigilent eruditioni animorum in omne seruitium DEI, in omne animorum lucrum, in omnem pietatem, & bonã conscientiam in omnem doctrinã Catholicam omnibus linguis, sed maximè Hebraicæ, & in omnem virtutem: Inuigilent sanitati, actioni & exercitio corporum: Inuigilent & bonorum temporalium conseruationi & amplificationi in omne Pauperum scholasticorum vndequaque confluentium alimentum.

Pauperes Perpetui seprem vt minimum.

Pater pauperum, totius Collegij director, magister principalis, sit è pauperum gremio electus syncerè, literatus, zelator, prudens, & CHRISTI paruulorum amator, secundum statuta vitã degens. Cui tamen per statuta penitens denegatur contactus boni temporalis: nec ei soli licet ardua domus negotia, nec materias maioris momenti (vt est animorum eruditio ad pietatem, doctrinam, & virtutem: corporis alimentum & exercitium, & bonorum temporalium conseruatio) per se concludere aut definire: sed Discretorum & Oeconomorum saltem, vel totius capituli, si negotium

Le thesor de la victoire

exigat, deliberatione vtatur atque consilio : vt in omnibus sapienter & prudenter iubeat secundum omnium consensum, & non secundum suam voluntatem solam : alioqui deponendus, & alter sanctè eligendus, qui se tantùm cognoscat esse executorem consensûs & voluntatis communitatis, & non propriè: Ad quid enim illi præscribuntur Discreti & Oeconomi & tota cõmunitas? Est-que Patris & suorum substitutorum studium in suis exhortationibus ad perfectionis statum in Religione omnes inducere, ad DEI zelum & animarum lucrum, & proximorum ædificationè à paruulo imbibere ac acquirere : & toto conatu facere, vt crescat virtus, disciplina floreat, ametur paupertas : magis magisque promoueat honor DEI, & proximi vtilitas vel prædicando, vel in disciplinis instruendo, & maximè in Collegio pro communitate: In qua quàm maximè curent ne potentum, & diuitum filij impiè deuorent quæ pro CHRISTI veris pauperibus sunt sollicitè cõquisita : sed de suis temporalibus ad sui & cæterorum nutrimentû domui conferant diuites, & cum tota familia proficiant ducatu sui Pædagogi.

Duodecim Discipuli Theologicæ 12
72
84
Septuaginta duo discipuli Grammaticæ & Artium.

Seminarium autem siue congregatio pauperum erudiendorum ad DEI legem simplicioribus interpretandâ, & mores corruptos maximè carnis vitia diuinum verbum prædicando, reprehendendos, complectatur Duodecim, vt minimû, discipulos Theologiæ sub Directore pietatis & doctrinæ in dormitorio inferiori : & quatuor discipuli à dormitorio superiori descendant in inferius : & inde transeant in totum Collegiû sub Discretis & Oeconomis, nec vestitû nec communitatem relinquentes, nec suum proprium bonum quærentes, sed ad officia communitatis vtilitatem concernantia, atque obedientias siue in domo siue extra domum sibi impositas fideliter & syncerè exequendas. Omnèsque sic in communi viuant, quod omnes proventus redditus, eleemosinæ, laborum siue in Regentia, siue in dicendis Missis, & officiis alijsve oneribus vel exercitiis merces & retributiones in communi rependantur ad omnimodam pauperum scholasticorum tantùm nutritionem. Et ne prædicta onera propter hanc prohibitam mercedis appropriationè quispiã ferre recuset: Teneatur vnusquisque onera hæc, scilicet Regentiæ, Sacerdotij, aliãve communitatis officia & sarcinas à SUPERIORIBVS impositas gerere, & ad huiusmodi onerum executionem mandante superiore se disponere. Et sic singuli Domui satisfacturi pro suo victu, hospitio & instru-

Etione: siue pro eleemosynis & misericordia in eorum eruditione & compositione morum susceptis, alios paruulos posteros requisiti erudiât, in moribus dirigât, & vt poterût, alere iuuêt, tâto quidê tempore quanto hæc beneficia ante gradum licentiarum à prioribus susceperint. Et proinde studeant Oeconomix, doceant in singulis cubiculis & classibus, & prædicent in sacello inferiori, & in vrbe. Sed & per supradictos **MAGISTROS ET DISCRETOS** pauperes huius Domus & subalternarum, ad prædicandû deputati, preuilegijs fratrum, Prædicatorum & Minorum, quo ad prædicandum, & etiam gradum Lectoratus habendum, & gradum in vniuersitatibus obtinendû, gaudeant, etiam emissi ad paruulos in subalternis domibus ex obedientia & deputatione Communitatis erudiendos. Quibus omnibus Laudabiliter peractis sub suis tribus ducibus, & satis maturi qui hæc eadem per se faciant: tum, si recipi pro **SEMPER** non velint, liberi emittantur à Perpetuis cum vero suæ pietatis, bonæ conscientix, & probatæ per vitam literaturæ testimonio authentico, id est signo Actuarij & Communitatis sigillo, communito: Emittantur inquam per vniuersum orbem ad regendas scholas, & prædicandum in domibus subalternis, in Monasterijs in quibus & profiteantur si voluerint, emittantur ad docendum in singulis ciuium domibus, in singulis pagis, in singulis ciuitatibus, in singulis scholis, in singulis Collegijs, & in singulis Ecclesijs. Vnde cum suæ laudabilis vitæ testimonio à magistratu loci authenticè accepto reuertentes domum seu Collegium Montis-acuti, aut subalternas, rursus recipantur ad tempus vel pro semper, vt etiam alij veræ paupertatis amatores cuiuscunque ætatis & artis, qui doceant pietatem, doctrinam sanam, virtutem, Theologiam, œconomiam, in vita actiua & contemplatiua, aut alio quouis modo sint vtilis communitati, rependantque in communi omnia quæ lucrifaciant in Collegio, fiantque, si velint, pauperes Perpetui iam tum rerum cognitione & experientia donati. Sicque semper & vbique ad **SALVANDAS** passim pereuntes animas **DEO** cooperatores fiant & nostri omnium magistri & **SALVATORIS CHRISTI** exemplo studeant perrimitis factis & probata morum exemplaritate ædificare ceteros, & deinde duriores (quibus exemplum non sufficit) increpare sermonibus. Cum omnis **CHRISTI** actio nostra sit instructio. Qui scopus & finis est nostrorû statutorum & Bullæ & Breuis in omne bonum Ecclesiæ piè factorum ad transplantandas huius seminarij plantas fructiferas, & in Collegio, & in subalternis, & in totius Ecclesiæ agris. Hæc autem scribo, vt Sanctitas tua, & Ec-

Le thesor de la victoire

clesia DEI, & pauperes percipiant sibi paratum in Collegio Montis-acuti fructum: & vt sciant Communitatis alumni se pietatis opus suscipere, vt & timore damnationis æternæ deorsum in inferno cum diabolo hoste nostro crudelissimo, & spe gloriæ æternæ sursum in cælo cum Patre nostro dulcissimo, & omnibus modis lucrifaciant animas DEO. Quod vt exequantur, in promptu habeant textum Biblicum & Statuta, & Bullam, & Breue: & proinde non sinant ea amplius occultari: vt nec bonum temporale à superioribus exterioribus latenter, cautèque inuadi: nec sanctam pauperum eleemosynā à diuitibus impiè deuorari. Quæ DEI optimi maximi semper malum in bonum conuertentis beneficio iam innotescunt æquissimo Senatui Parisiensi in manu D. Francisci à Rupe Thomæ Senatoris verè timentis DEVM, munera non accipientis, & veridici, ad hoc à Senatu ipso Nominati, & electi, etiam id petentibus pro Rege, & Replublica viris clarissimis & DD. Augustino Thuano, Iano Guesleo, & Barnaba Brissone Regiæ procurationis triumuiris in Senatu Parisiensi, consilijque sacri Senatoribus, omnium Patrum conscriptorum consensu, sapientissimo & diligentissimo equite D. CHRISTOPHO THUANO primo præside proferente: electi, in quâ, qui Reformat hoc nostrum Collegium, & tam sancta & omnibus & singulis vtilia Statuta & Bullam & Breue in veram praxim reuocare cogat. Quod vt faceret, prius sapientissimè & prudentissimè bonorum temporalium rationem exigit ad recolligendos veræ paupertatis amatores Perpetuos, DEI zelum secundum scientiam habentes, qui totis viribus Perpetuo suscitent & erigant & conseruent, & doceant gentem nouam, paruulos adolescentes scilicet qui simul (antequam mundi delicijs & ambitionibus illecti sint) vitæ mortificationem & morum compositionem cum scientijs DOCEANTVR amplecti. Quatenus bonæ conscientie testimonio & probata per vitam literaturæ accincti fideles DEI ad SALVANDAS passim pereuntes animas DEO cooperatores fiant: Quique totum bonum temporale gratis erogent alendis solis pauperibus scholaribus ex omnibus mundi partibus cum sui status attestatione authentica confluentibus.

In finem itaque nostrorum Statutorum in veram praxim deducendorum, conscientie puritati studentes, hæc dicimus: vt & Biblia periuimus à Rege Catholico, Hebraicâ, & alijs multis linguis edenda, sed Arabicam versionem à tua sanctitate expectamus: & linguæ Hebraicæ fundamenta gratis jacimus: & Domini nostri IESV-CHRISTI SALVATORIS VICTORIAM à

veræ Religionis Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ, & tuæ sanctitati verè obediens, & proinde SALVI, quàm humillimo candidissimoque possumus animo tuæ offerimus bonitati, tuæque sanctitatis pedes deosculamur, tuam sanctam expectantes benedictionem.

Paucis admodum sanè diximus quæ visu, auditu, & tactu comprobata sunt in VICTORIA CORPORIS DOMINI. Verùm sinat Sanctitas tua me Chartæ descriptionem etiam adferre hîc ad verbum è Gallico nostro à nobis translata. Licet autem verear esse prolixior æquo. Tamen ordo ipse secundum locum, tempus, personas, & modû multò clarior erit, & vtilior eis quæ diximus, & multò plures commoditates adferet. Nam rem ipsam sibi videre videbitur Sanctitas tua: vnde quale, & quantum sit Miraculum, clarissimè cognoscet. Et proinde sapientissimè, vt in omnibus solet, iudicet in Defensionem Ecclesiæ, Hominû Salutem, tui Obedientiam, & DEI Gloriam, quæ sint opus facti. Quòd si sermonis inculti arguatur noster stylus humillimus: Benignitas Apostolica dignetur scire, Nos dedita opera Veritatem ipsam solû contentâ doceri, simplici minimèque fucato nec difficili, sed tantùm salutare vestiuisse eloquio: Quòd facilius in omnium populorum linguas possit transferri. Quare nec hîc, nec in toto reliquo Thesauro Latinè etiam à nobis verso, si quando DEO & tibi visum sit ita prodire in lucem, Veritas ipsa tantùm, & non humillimi styli verba, sunt exactiùs perpendenda. Rem itaque oculis subiectam conspiceret dignetur Sanctitas tua.

SVMMA VICTORIAE CORPORIS CHRISTI Historia.

ANNO salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, PIO quarto, & post eum, PIO quinto summo IESV CHRISTI Vicario agente Romæ: in Gallia Franciæve regno inibi regnante Christianissimo Rege CAROLO id nominis nono, accidit quòd tertio die Nouembris sub horam tertiam pomeridianam, Vreuni in Thierachæa prouinciæ Picardiæ (Belgiam vocant) Diocæsis Laumdunensis, Nicolea Obri nata quindecim aut sexdecim annos, filia legitima Petri Obri Lanionis & Catherinæ Vvillot, & vxor Ludouici Pierret Sartoris, cùm esset sola in Ecclesia & oraret Deum pro defunctis, congenulata super tumulum defuncti aui sui Ioachimi Vvillot, vidit ante se vt

Le thesor de la victoire

hominem sepultum erectum, qui locutus fuit illi, persecutus fuit illam & oneravit, & illi apparens tertio habebat similitudinem dicti defuncti aui, quem & se esse dicebat. Quod certe illa **CREDIDIT**. Et tum subito is intrauit in eam, quam & effecit tam egrotam, vt illa receperit extremam vntionem, emiseritque tot & tam horribiliter subitos & congeminos singultus vt iudicarent eam mori. Verum remansit illa vt animo defecta. Ac tum is auus interne apparebat & loquebatur illi, quæ cum ad se redijisset, respondit, dixitque parētibus: Auum sibi apparuisse, eumque, pro liberatione illius à pœnis purgatorij, (vbi detinebatur, propterea quod statim à cœna morte correptus, non fuisset confessus peccata sacerdoti, nec declarasset peregrinationes quas voverat viuens) instantèr petere, vt celebrètur missæ, donentur elemosinæ, & fiant peregrinationes, quas illis dicebat. Parentes autè & amici completis his bonis operibus, videntes morbum nō diminui, sed & audientes præterea peregrinationem ad Diuum Iacobum superesse faciendam, aut certè conuertendam in alias peregrinationes, aut bona opera, consilio proborum, doctorumque hominum, fecerunt adiurari istum auum à magistro Claudio Lauricheto curatorum altero, & à magistro Gulielmo Lourdeto scholarum magistro. Is auus itaque respondit (vt semper ab eo tempore) in aperto ore Nicoleæ multis adiurationibus, & se dixit esse à Deo, & missū à Deo, & Ioachimū Vvillot, & Animā & bonū Angelū ipsius. Verum ab effectibus & dictis eius fuit iudicatus Angelus malus, tenebrarum, & Sathanicus. Vnde etiā firmissimis rationibus frater Petrus de Motta religiosus prædicator ordinis sancti Dominici (hîc appellantur vulgò Iacobitæ) demonstrauit eum reuera mendacè: & proinde declarauit eum esse Diabolum: Quem & factò semper ab eo tempore strenuè in nomine **DEI** vrsit egredi ab hac creatura. Is autem auus ab hominibus cognitus talis, licet hanc sui cognitionem omnibus modis quantum potuisset, deprecatus fuisset, & postremò adiuratione coactus, respondit: suum nomen esse Beelzebub: se solum esse in obsessæ corpore: se in eam intrasse, propterea quod sibi mater & maritus dedisset eam, & quod etiā ipsa sibi dedisset cōsensum **CREDENS** auum esse: quam & semper coram sancta Hostia reddidit turpiter horribilem aspectu, & auditu terribilem, & ad extremum, vt iam antea, incredibiliter duram & rigidam tactu: Ad hæc & apparuit illi vt homo maximè horrendus turpis & niger, vnde nec **CREDIDIT** illa amplius eum esse auum suum quā & ter asportauit, & postea in adiuratione confessus est, se habere potestatem in
corpus

corpus quidem, sed non amplius in animâ ipsius: propterea quod sibi nihil voluisset illa dare ab eo tempore quo credebat illa eum esse diabolum: & postea, ne reciperet amplius illa creatorem nostrum manè domi paternæ, vt antea faciebat, reddidit eam alternatim & mutam, & cæcam, & surdam: & postea, ne confiteretur illa quæ parentibus subripuisset & patrasset latrocinia, quorum tamen author is fuerat: effecit illam simul & eodem temporis puncto, mutam, cæcam & surdam (Illa interea signis digitorum ori Immissorum petente victui necessaria) donec rediret, & possideret illam: In qua tum is garriens multo amplius quam antea, detidebat peregrinos & eorum benefactum: Et semper accusans vitium, reuelabat, etiam longinquiribus magnæ multitudinis assistentium illorum peccata secretiora non confessa sacerdoti, nõ recordans amplius confessorum, vt sapissimè dixit & experientia demonstraui. Bonus autem religiosus, præterquam quod sibi adiunxit iam dictos Ecclesiasticos, vt multo diligentius cogeret Diabolum egredi primùm, in domo solùm: Deinde, in domo & Ecclesia: Tum, omnino in Ecclesia, etiam se afflixit oratione Ieiunio, & omni specie laboris: & sic factò dictoque (concionabatur in aduentu) docuit homines & vreuini in quibus accendebat deuotionem, & episcopatum Laumdunensis, Suesionensis & Archiepiscopatus Remensis, & subiectos Comitissæ de Brenne, vt omnes cordis candori studerent ad recipiendum saluatorem & Dominum nostrum IESVM CHRISTVM in die Natalis Domini quem & indefinenter publicis supplicationibus precarentur pro salute patientis: Cui fecit reddi loquutionem, visum, & auditum, primò quidem attactu veræ crucis, ori, oculis & auribus illius admotæ: idque ad tempus (quo durante confessa fuit sacerdoti illa omnia de quibus à Diabolo accusata fuerat, Cui & parentes pepercerunt, cique manè data sanctissima hostia) postremò verò, (postquam Beelzebub appellasset omnes alios Diabolos in suum auxilium) faciendo eam, etiam in hora vna pluries, recipere victoriosissimum remedium qui est creator saluator & dominus noster IESVS CHRISTVS in sanctissima hostia. Cuius sanè VICTORIAM primam videns bonus religiosus, maximâ fuit affectus lætitiâ, exclamauitque dicens: O magister Gonnine ECCE TE VICTVM. Fuit etiam Nicolea eodem temporis momento (vt semper ab eò tempore postquam recepisset Dominum nostrum) sanitati & spiritus & corporis reddita, accensa deuotione & ornata gratiosa pulchritudine naturalem superante. Beelzebub itaque se videns presentiam Regis regum in sacratissimâ Hostiâ, co-

Effectus cõ-
fessionis sa-
cramentalis.

Effectus COR-
PORIS DO-
MINI.
VICTORIA
prima.

Le thesor de la victoire

actum qui aufugeret aequè statim ac reuertebatur (non autem summis conatibus ministrorum prætenforum reformatorum, qui sese offerentes eum adiurauerunt: quibus dixit, se illorum nomine nihil omnino facturum: quia illorum esset dominus: licet aliàs illos, vt suos, benè diligeret) Beelzebub inquam, vt accedens: ita & fugatus, sese iniecit & propugnaculo se muniuit, in tibiærum alteram: tum in brachium sinistrum, quod reddebat immune à sensibus illius potissimum quando illam relinquebat. Nam possidens illam eo plus utebatur, quàm altero: Et se fortificauit præterea viginti nouem aliis diabolis, qui in horribilibus visionibus apparebant illi: vt homines nigri & horrendi, qui ensibus & pugionibus nudatis illam volebant occidere: vt crassi feles Catie nigri æque magni ac verueces, qui volebant illam vnguibus lædere, mordere, & strangulare: Et, vt faces igneæ graucolentes sulphur, sese vibrantes in eius os & oculos: à quibus dicebat se quasi suffocari. Cui ita misellæ apparentes, faciebāt illam pauore subfilire & oculis manus apponere. Quorum triginta dæmoniorum Religiosus intercessione gloriosissimæ virginis & matris Dei **MARIE** per sanctissimam **HOSIAM** fugauit viginti sex in ecclesia nostræ Domine Lieffæ lætitiæ ue. Et die sequenti, alium nomine Legionem Petrepointij intercessione sanctorum quorum reliquiæ inibi seruabantur: verum non potens fugare omnes, propterea quòd in ea essent qui non exirent, nisi per episcopum, vt dixerat Beelzebub, deduxit patientem Laumdunum die Iouis vigesimo quarto Ianuarij millesimo quingentesimo sexagesimo sexto: vixque, cum omnes timerent hospitio excipere diabolum, hominum peccata patefacientem, fecit illam hospitari in Porculorum hospitio: ita eam reddens in manus reuerendi in **CHRISTO** Patris & Domini, Domini Iohannis de Bours dignissimi Episcopi & Ducis laumdunensis qui iam vreuini diabolum adiurauerat in illa. A vreuino autem vsque ad Laumdunum Saluator & dominus noster **IESVS CHRISTVS**, vt per adolescentem puerum (si non sit alius) omnes liberauit ab aquarum periculo ante Lieffam: Ita, & per reuerendum in **CHRISTO** patrem fratrem Godofredum Billium Lunæum, doctum, magnanimum, & liberalem Abbatem Sancti Vincentij Laumdunensis, eos eripuit Petrepointij ab effectu malæ voluntatis Inimicorum ecclesiæ catholicæ: & semper seruauit dictam Nicoleam. Quam Laumduni hi prætensi reformati ad totam noctem vigilantes obseruarunt, multumque timore præterriti laborarunt continentes eam dæmoniacam, in qua viderunt contrarios effectus authoris mortis, & panis vitæ:

Idque tam in dicto Porculorum hospicio, quam in carcere. Vbi quidam illorum met medicus illi dedit potionem perquam foetidam & perniciosam non sine periculo corporis misellæ: quam etiam, præter hæc, minati sunt occidere. Quare necessarium fuit illam collocare in tutum locum: vt quam officiosissimè illam exceperit, sustinuit, protexit, & enutriuit ab eo tempore domi suæ frater Petrus Spifame eques ordinis sancti Ioannis Hierosolimitani commandator Castellonis & Puisiaci. Qui certè fuit incitatus ad illam excipiendam, prece quidem reuerendi patris episcopi, sed potissimè pio colloquio quo illū verè candido corde alloquutus est Magister Nicolaus Regnier fidus gubernator domus illius & maior venerabilis collegij. Ad hæc, in ea domo fuit factum perpulchrum deuotionis exercitium: cui præfuit magister Nicolaus Espineus canonicus nostræ Dominæ Laumdunensis: qui ab eo tempore semper cum aliis custodibus diu noctūque adfuit patienti, veritatique testimonium perhibuit constantissimè coram principe à Condæo. Reuerendus itaque pater episcopus in magna humilitate, clementia & patientia se afflixit orationibus, Ieiuniis, & laboribus: Cui & deuotè subseruierunt venerabiles & circumspècti viri & magistri Christophorus Hericurcius decanus, Nicasius Pezeus Iudex ecclesiasticus officialisue & consiliarius regius, venerabile collegium, Ciues & alij Catholici: & super tabulato (quod dictis diaboli in ædicula Puisiaci, atque conquectionibus magnæ multitudinis, etiam aliquando vnâ horâ plusquam viginti mille, assistentium, in ecclesiæ nauis fuit restitutum) maximo boni pastoris functus est officio, fugauitque tres dæmones alios vt sequitur.

CHARTÆ DESCRIPTIO.

A LAUMDVNI itaque Dæmoniaca à pluribus deferebatur in Processio. Ecclesiam, & post ferculum dominæ nostræ, veram crucem, & Eucharistiæ sacramentum in publicâ supplicatione factâ in postremis diebus Hugnotorum factionibus, & bis, & tribus circuitibus circum chorum, crucem & nauem Ecclesiæ: & ponebatur pone chorum, aut in claustrum.

B Intereadum magister Franciscus fauere Theologus Franciscanus concionabatur.

C Peracta verò concione Reuerendus pater Episcopus celebrabat Missam ad altare, dictum imaginis. Et quotiescūque ostendebat populo saluatorem & dominum nostrū IESVM CHRISTVM

Le thesor de la victoire

tam sub specie panis, vini, quam duorum simul, dicens OMNIS HONOR ET GLORIA, Dæmoniaca (E) à tabulato cōtra vim omnium suorum custodum, hīc per duos tantum significatorum euolabat (G) sex pedibus altius in aerem, vbi horrenda repandā- que sese continebat donec reuerendus pater Episcopus depressisset manus & Dominum altari superposuisset. Tum enim recidebat etiam illa in sua puluinaria & garriebat, vt antea, eorum agēs propriē personam quorum malefactum accusabat.

D At Mīssā dictā, Episcopus relinquebat sanctissimam Hostiam super altari: nec exuens ornamenta, ascendat super tabulatum, faciebat signum Crucis, iaciebat aquam benedictam: & primis diebus sedens, sed ab eo tempore (propter reformatos, qui Caderum delicatū eum appellabant) semper stans, legebat in libro adiurās & interrogans diabolum. Deinde sibi curabat adportandum Eucharistiæ sacramentum concomitatum cereo benedicto, in cuius igne faciebat cremari nomen diaboli: Cui præterea ostendebat veram crucem. Hoc agens vt impræsentiarum faceret egredi diabolum virtute sanctorum Euangeliorum, Orationum, & Adiurationum, in nomine sanctissimæ Trinitatis paradisi, & saluatoris nostri Iesu-Christi.

E Dæmoniaca autem (die veneris octauo Februarij admodum crassa) licet sederet & contineretur: tamen totum corpus semper mouebat, vltro citrō que caput obuertans, & ore aperto labiis etiam immotis & linguā longius exertā semper loquebatur: Id est Diabolus in illa. Qui inter omnes alios sermones, quos semper adiuratus respondit gallicè reuerendo Patri Episcopo, quosque magister Guillelmus Goreret actuarius regius prescriberebat, vt omnes audiebant, Dixit interrogatus ipse causam propter quā ingressus fuisset in hanc adolescentem fæminam catholicam simplicem quæ suo corpore non fuerat abusa? *INGRESSVS sum*, inquit, in istam meretricem, in istam adulteram (sic falso appellabat pudicam, vt nec dicebat amplius causam quam dixerat vreni) **PRÆCEPTO DEI: PROPTER PECCATA populi: Vt demonstrem quòd sum Diabolus: pro conuertendis aut confirmandis Huguenotis: Et ad faciendos omnes homines vnum aut alterum (quod intelligimus prope diem futurum, vt omnes homines sint catholici, & non hæretici, licet cōtranitatur quantum potest) & per Sangbeum siue sanguinem bei (non ita frequenter, Dei, dicebat) oportet me meam exercere artem, me meo fungi officio, illos faciam OMNES VNVM. blasphemabat & Episcopus verò dicebat: Erit IESVS, qui illos faciet VNVM.**

Causa ingressus Diaboli.

du corps de Dieu sur Beelzebub.

15

Aduſtione verò ſui nominis irascens & mirum in modum ſe crucians maledicebat, blaſphemabat, & execrabatur primis quidem diebus: ſed poſtremis, non curauit amplius: vt nec de vera cruce, dicens ſe nondum egreſſurum.

Vox trifor-
mis vt por-
cicanis, Ia-
ni.

D, E, Tandem, reuerendus Pater Epifcopus dicebat illi: Quia, propter Euangelia, Orationes, Adiurationes, Aduſtione tu nominis, veram crucem, nec propter illa omnia quæ tibi fiunt, & dicuntur, tu non vis egredi: tibi monſtrandus eſt tuus dominus, in cuius virtute nunc nunc perbellè te faciam exire. Cui diabolus maxima percitus rabie, reſpondebat: quis? Tuus I O A N N E S A L B V S? Sed ſtatim reuerendus Pater Epifcopus eum redarguens, dicebat: Tu mentiris. Tuus eſt dominus, cui cogeriſ obedientia. Ecce quis te docuit eum ita vocandum? Diabolus reſpondebat: at ego docui meos Huguenotos ita vocandum. Sit ita, dicebat Epifcopus: quia tu ſic illum vocas, & vocari facis: nec in eo recognoſcis aut diuinitatem aut ſuperioritatem: Quare tu tibi tantopere times ab illo, quando illum tibi monſtro? Cum illum ita deſpicias, quare facit te abſcedere ſuo acceſſu? Quare firmus non ſubiſtis? Quare illi de tuo decedis propugnaculo? Quare te in fugam conuocit? Diabolus reſpondebat: Ha Ha: tu non dicis omnia ſiue quid rei ſit. H O C: Ibi eſt, H O C: ibi eſt, H O C. Quod pluries reſerebat. Vnde maximè mirabantur homines.

Diabolus ap-
pellat C O R-
P V S D O M I N I
Iohannem
album.

F Reuerendus itaque Pater Epifcopus tenens eleuatam ſanctiſſimam H O S T I A M, eam illi ponebat ob oculos quâquâ ſubitò auerteret ab ea faciem patientis & dicebat: ô maligne ſpiritus, Beelzebub, mortalis inimice D E I, Aſpice, ecce precioſum C O R P V S ſaluatoris & Domini noſtri I E S V - C H R I S T I Domini tui. Nunc obmuteciſ. Tibi præcipio in nomine & virtute precioſi C O R P O - R I S ſaluatoris & Domini noſtri I E S V - C H R I S T I Veri D E I & hominis hîc præſentis quem ecce: vt nunc ex eas a corpore huius creaturæ D E I, ſine alicuius alterius incommodo, & proficiſcaris in profundum inferorum: vt illic crucieris, Nec vnquam redeas. Exi, maligne ſpiritus: Exi, ecce tuus Dominus: Exi.

H O C

C O R P V S
D O M I N I
cleuatam ab
Epifcopo.

G Æquè verò ſtatim ac diabolus dixiſſet: Egrediar, ſed regrediar: diſtorquebat, agitabat, & cruciabat ita miſellam creaturam: vt offa faceret illi conquaſſari, fractitarique, dentibus ſtridere: & humanam penitus perdere figuram. Et ſic in illa reuera ſeſe demonſtrabat, adèd erat turgida, inuerſa, habens latam faciem conſperſam guttatim maculis verſicoloribus bufonis, os apertum, linguam exertam, & verſans in capite craſſos oculos albos lucentes, vt candelæ, turpiterque horribilis aſpectu, ſeſe eiacularatur

Demoniaca
cleuata & tē-
tain aëre ſex
pedibus al-
tius, horren-
da mugit, ru-
git & vlulat,
ſuſpenſis e-
tiâ ſubinde
cuſtodibus.
Viſus & Au-
ditus.

ij

Le thesor de la victoire

altitudine plusquam sex pedum, & quasi sese euellens à manibus octo, decem, & quindecim hominum (hic solummodo, vt dictum est, representatorum per duos aut tres) quos inuitos etiam eleuabat, terribiliter mugiens & ululans, & sic horribilis voce & aspectu facta tenebatur in aère auertens faciem à sacratissima **H O S T I A** & aspiciebat populum & fornices ecclesiæ, Donec audiretur exspiratio, expirium siue flatus vt ventire de ore illius.

H *Corpus sa-
xeum spe-
ctatum, vt
deforme.
Vifus.* Quæ eodem temporis momento perdens istam horribilem deformationem, crassitudinem, & ponderositatem, cadebat in manus suorum custodum horridior mortuâ, muta, surda, cæca, sine ullo motu & sensu, distortis colligatisque in auersum brachiis, & cruribus, spinâque dorsi conuulsa, totóque corpore effecto vt vnus partis sine iunctura, rigido frigido & duro, vt est lapis siue repagulum ferreum: sicque gibbosa, rotunda vt echinus, & demutata contrafactuæ, demonstrabatur omnibus vndequaque cõuersa, cruribus etiam aliquando detectis, vt fieret manifestior.

I *Contrecta-
tum.
Tactus.* Postea verò contingebatur & cõtrectabatur ab omnibus: tum maximè à coniuratis in reformatæ religionis nomen, hominibus omnino fortissimis. Qui tamen citius effregissent, quam mouere fecissent aut extremum nasi, aut auricularum, aut alius membri illius, ita tota obrigescebat durissima. Tumque Tenebatur, vt loquebatur illa postea declarans se pati malum incredibile: diabolo scilicet ex animi cruciatu faciente vt lapidesceret corpus.

K *C O R P U S
D O M I N I
dissoluit om-
nia opera
Diaboli.* Attamen eodem temporis puncto, quo recipiebat verum vitæ panem saluatorem & dominum nostrum **I E S V M C H R I S T V M** in sanctissima **H O S T I A**, ex eo statu longè aliàs mortuis deteriore redibat in animi & omnium membrorû (excepto brachio sinistro vsque ad octauum diem Februarij) valetudinem & sospitatem, ditatam ornatamque præterea (vt dictum est) gratiosa pulchritudine omnibus grata, dextrâque manu signum crucis faciès agebat gratias **D E O**: placidèque populum aspiciebat.

Hoc autè semper fuit simile nisi vice postrema. Quia quãdo reuerendus Pater Episcopus, Confessus, Ieiunus & concomitatus à Dignitatibus ecclesiasticis super tabulatum, & à Magistratibus iusticiæ super pulpitu, vt sero præcedenti Beelzebub eos petiuerat, vt essent testes egressus eius: Pro more congenulatus adorabat saluatorem & dominum nostrum **I E S V M C H R I S T V M**, quem offerebat labiis plusquam mortuæ à nemine contentæ super puluaribus: Tum diabolus sese representans in carne patientis, conatus fuit manibus eiusdem, capere brachium quo Episcopus tenebat sanctissimam **H O S T I A M**. Vnde bonus Episcopus mu-

